



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CCCXLII. De Destructione allodii, seu praedii David de Gartha.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

CAP. CCCXLI.

De

Adventu peregrinorum.

Anno Domini MCCCIV. Dominus Johannes & Philippus Comites de Spanheim, & de Bohemia Dominus Petrus Rosenberg, & Hermannus avunculus ejus cum multis militibus & armigeris, & multi alii Nobiles de Reno & Alfatio (a) venerunt Pruschiam, nihil tamen poterat agi contra inimicos fidei, propter teneritudinem glaciei.

An. Domini MCCCXXIV. Andreas (b) Carpentarius in Castro Christburg terra Pruschia, dum in cenâ esset, de panem quem tinxerat in Cerevisiam gutta sanguinis stillabant, quod commensales suum de aliquo vulnere crederent emanare, circumspicientes diligenter & os, & faciem, & manus ejus, non invenerunt alicujus vestigium lesionis. Unde de hoc facto plures fuerunt admirati.

ANIMADVERSIONES.

(a) Et de Bohemia, ut addit Jeroschinus.

(b) Zimmermann vocatur à Jeroschino.

CAP. CCCXLII.

De

De destructione allodii, seu prædii David de Gartha.

Eodem anno in quadragesima tres fratres & sexcenti viri de Nattangia allodium seu prædium David Castellani de Gartha hostiliter sunt ingressi, & funditus comburentes præter occisos homines & C. equos cum multo pecore alio deduxerunt.

CAP. CCCXLIII.

De

Conversione cujusdam viri mirabili.

Hoc